

1764, 2<sup>a</sup> 7/  
41

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE  
**I V R E**  
**SALARII ADVOCATORVM**  
**IN CONCVRSV**  
**CREDITORVM**

QVAM  
AVCTORITATE  
ILLVSTRIS IVRIS CONSVLTORVM ORDINIS  
IN ALMA LVDOVICIANA

PRAESENTE  
**D. FRANC. IVSTO KORTHOLTO**

ACADEMIAE PROCANCELLARIO

PRO


**GRADV DOCTORIS**  
RITE ET MORE MAIORVM OBTINENDO  
IN AUDITORIO SOLLEMNI  
PUBLICO PROCERVM ACADEMIAE EXAMINI  
SVBIICIT

AVCTOR  
**IOANNES GEORGIVS FESTER**

MOENO - FRANCOFVRTENSIS

AD BIEM XXVIII. IVLII CICICCLXIV

*G I S S A E,*  
APVD IOANNEM IACOBVM BRAVN.



LIBERAE S. R. I. REIPUBLICAE FRANCOFVRTENSIS  
SENATVI VNIVERSO

VIRIS

ILLVSTRIBVS GENEROSISSIMIS MAGNIFICIS  
PRAENOBILISSIMIS CONSVLTISSIMIS DOCTISSIMIS  
ATQVE PRVDENTISSLIMIS

D O M I N I S

PRAETORI  
CONSVLIBVS  
SCABINIS  
SYNDICIS  
SENATORIBVS

ATQVE INTER EOS

SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS

CONSILIARIIS ACTVALIBVS

PATRIBVS PATRIAE OPTIMIS

MAECENATIBVS INDVLGENTISSLIMIS

PATRONIS SVIS SEMPITERNA REVERENTIA  
COLENDIS

SUPREMI NVMINIS IN ADMINISTRANDA  
REPVBLLICA AVXILIVM CERTISSIMVM  
CONSILIORVM SALVBERRIMORVM SVCESSVS  
LAETISSIMOS  
VALETVDINEM PROSPERRIMAM  
PERPETVAMQUE FELICITATEM  
PIE PRECATVS  
*HANC DISSERTATIONEM IN AVGRALEM*  
DEVOTISSIMA MENTE  
OFFERT

*TANTORVM NOMINVM*

JOANNES GEORGIVS FESTER



DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE  
IVRE SALARII ADVOCATORVM  
IN CONCVRSV CREDITORVM.

§. I.

RATIO IVSTITVTI.

Quod suo quondam tempore Imperator  
ANASTASIUS edixit: *Laudabile vitae-*  
*que humanae necessarium aduocationis of-*  
*ficium maxime principalibus praemiis ef-*  
*se remunerandum* a); illud hodienum verum est,  
Quamuis enim negari nequeat, subgredi saepius &  
A 3 irre-  
a) L. 4. C. de aduocat. diuerfor. iudic.



irrepere homines illiteratos, improbos, & impudentes, qui technis atque fraudibus iustitiae iudiciorumque sanctitatem contaminant & inquinant, quod funestum & miserum fatum non tantum ordinis *aduocatorum*, sed omnium fere functionum & magistratum, esse solet: superesse tamen semper viros cordatos & eruditione excellentes, qui caussas sibi concreditas antiqua probitate & ingenuitate administrant & ad felicem finem deducunt, tot virorum clarissimorum exempla, tum in summis imperii tribunalibus, tum in iudiciis Statuum, fatis superque loquuntur. Merito igitur beneficia & priuilegia, nobilissimo huic muneri antiquitus, iure scripto non minus, quam *non scripto*, tributa, eidem & nostris temporibus vindicantur. Quae etiam caussa fuit, ut speciminis inauguralis loco quaestionem: *de iure salarii aduocatorum in concursu creditorum*, feligerem, praesertim cum ingens hic iuris prudentum dissensus deprehendatur, aliis praerogatiuam nimis extollentibus, aliis nimis deprimenti bus. Ceterum, quemadmodum **CASPAR ZIEGLE**

RVS



RVS in rabulistica, siue de artibus rabulariis dissertatione statim ab initio publice denunciauit, se nullo modo in hac sua dissertatione intellectos velle eos, qui, dum in foro defensorum sustinent partes, bona fide omnia agunt; ita vicissim, quaecunque in commoda aduocatorum dicturus sum, neutiquam ad eos, quos carcinomata fori adpellat laudatus ZIEGLERVS, sed vnice ad eos, qui sacerdotes iustitiae non tantum profitentur, sed etiam re ipsa praefstant, pertinebunt.

§. II.

QVID SALARIVM?

Est autem *salarium* iusta laborum ad reddendam vicem compensatio *b)*. Dicitur etiam *honarium*. Quamuis vero verba ista promiscue usurpentur in legibus nostris *c)*: non ramen reiicienda videatur sententia illorum *d)*, qui in strictiori significatu

sala-

*b)* IAC. GOTHOFRED. *de salario*, cap. I. §. III.

*c)* L. 56. §. pen. ff. L. 17. C. mandati. L. 1. §. 12. ff. *de extraordinar. cognit.*

*d)* vid. PETR. MULLER. ad STRVV. exerc. VII. thef. XI. not. §. LAVTERBACH *de salariis*, §. XXXVII. num. 4.



*salarium de quantitate definita e); honorarium vero de quantitate incerta, & voluntaria operae gratis praestitae remuneratione f), intelligunt. Eadem fere ratione,*

e) vid. L. 7. ff. *mandati* & L. 1. C. eod. vbi *salarii constituti & promissi* fit mentio. conf. VINNIUS ad §. 13. I. de *mando*, num. 1. Praecipue enim *salarium annuum erogationem* significat, quae alicui sui tuendi exhibendique caussa *praestatur*. L. vlt. ff. de *in rem verso*. L. 8. §. 23. ff. de *transfact*, L. vlt. §. vlt. ff. de *obligat*, & *action*. add. BRISSONIUS *de verbis*. signific. voce: *salarium*. Id quod etiam origo vocis ostendit. Dicta enim a *sale*, auctore PLINIO *histor. natural. lib. XXXI. cap. VII.* in fine, quia olim magistratibus aliisque loco *spenditum* inter alia etiam *sal* datum. IAC. GOTHOFRED. loc. cit. §. IV. vel quod nihil vietui magis necessarium, quam *sal*. SAMVEL PITISCUS *Lexic. antiquitat Romanor. voce. salariu*m.

f) Huc pertinet quod L. 1. §. 5. ff. de *extraord. cognit. dicitur*: *bonorum bonefeste quidem accipi, inbonefeste tamen peti*. Item L. 6. pr. ff. *mandati*, quae ita habet: *si remunerandi gratia bonorum interuenit, erit mandati actio*. add. BRISSONIUS loc. cit. voce: *bonorum. PITISCUS loc. cit. voce: honorarium. & IAC. GOTHOFREDVS loc. cit. §. V. lit. c. qui honorarium diuersum facit ab honore*. In hunc sensum etiam accipit HIERONYMVS epist. X. ad GERVENTIAM illud PAVLLI I. ad Timoth. V. 17. *Presbyteri duplice honore digni habeantur; vocabulum*



9

ratione, qua verba Germanica: *Befoldung & Verehrung*; atque Gallica: *appointment & douceur*; item Italica: *appuntamento & discrezione*, distingui solent.

### §. III.

#### DIFFERENTIA INTER SALARIVM ET MERCEDEM.

Pariter *salarium* saepius cum mercede confundi videmus g). Quemadmodum quoque Germanicum, *Lohn*, frequenter, & olim & hodie, pro verbo *Befoldung* aut *Verehrung*, adhibetur gg). Quia vero Romanis discrimen inter artes *liberales*, quae intellectu & doctrina constant, & *illiberales*, quae magis

cor-

bulum *honoris* de eleemosyna & munere presbyteris praestando explicans. Reicit quidem hanc interpretationem GOTHOFREDVS l. c. Defendit vero illam GVSTAV. GEORG. ZELTNER in notis ad hunc locum.

g) L. 19. §. 1. ff. de donat. L. 1. ff. de extraordinar. cogit.

gg) Conf. IO. GEORG. WACHTER glossar. German. & IO. LEONHARD FRISCH dictionar. Germanic. voce: *Lohn*. Inde verba *Arztlohn*, *sostrum*, *Ehrenlohn*, *praemium virtutis*, *Lehrlohn* *didastrum*, *Siegeslohn* brabeum.

B



corpore quam ingenio peraguntur, adeo placuit,  
vt illas plane *inaestimabiles* habuerint; has vero, ad  
exemplum aliarum rerum in commercio existen-  
tium, *preium commune* recipere existimauerint;  
consequens fuit, vt etiam in persoluenda retributio-  
ne differentiam statuerent, ita vt aliam operae praef-  
stite analogam esse, & eius aestimationi iusta pro-  
portione respondere debere; aliam vero ad propor-  
tionem laboris determinari non posse, sed memo-  
rem tantum in bene meritos animum praestare, &  
ad referendam gratiam compararam esse, censue-  
rint, illam proprie *mercedem*, hanc vero *salarium* si-  
ue *honorarium* adpellantes b). Inde differentia inter  
operas *locari solitas*, vbi ob laesionem enormem ad  
rescindendum contractum agi potest i); & *locari non*  
*solitas*, vbi querela de laesione enormi exulat, at-  
que *salarium*, prout semel conuentione est determi-  
natum,

b) IAC. GOTHOFRID. l. c. §. V. sq. I. H. BOEHMER *de*  
*anno deseruito, cap. I. §. V.*

i) VINCENT. CAROCIVS *de locat. & conduct. P. I. qu. 70.*  
*n. 2. sqq. ANDR. WEGE de locat. cap. XII. n. 30.*

natum, simpliciter soluendum *k*). Plures differen-  
tias non addo *l*), illud saltim adhuc monens, *mer-  
cedes* interdum dici, quae a priuatis, *salaria* vero,  
quae de publico soluuntur *m*).

## §. IV.

## AN IN REI NATVRA FVNDATVM.

Ceterum si rem solo naturali iure aestimemus,  
discrimen inter *salarium* & *mercedem* non ad rem  
ipsam, sed tantum ad verborum schemata, perti-  
nere videtur *n*). Quamuis enim scientiae & disci-  
plinae aestimationem non recipient; admittit tamen  
eam omnino labor eius, qui illis instructus aliis

B 2 operam

*k) IO. GOTHOFRED. KRAVSIVS de eo, quod iustum est  
circa salario & bonovaria aduocator. §. XI. sqq. IO.  
PAVL. KRESSIVS de iure officior. & official. cap. IV.  
§. II.*

*l) Conf. IAC. GOTHOFRED. l. c. §. VI. not. b.*

*m) Sic in L. C. de professor. & medic. medicis, archiatris  
grammaticis, professoribus & doctoribus legum mer-  
cedes & salario reddi iubentur, quem locum illustrat  
BRISSONIVS l. c. voce: mercedes.*

*n) KRESSIVS loc. cit. cap. II. §. XV. add. GEORG. BEYER  
ad tit. ff. de postuland. posit. XXXVII. not. t) & L. B.  
WOLFF I. N. & G. Part. VII. §. 905. sq.*



operam suam praestat. Quod etiam agnouit SENeca lib. VI. de benefic. cap. XV. satis subtiliter inter mercedem meriti, & occupationis, distinguens. Emis, inquit, a medico rem inaeftimabilem, vitam ac valetudinem bonam: a bonarum artium preeceptore studia liberalia, & animi cultum. Itaque his non rei pretium, sed operae soluitur, quod deseruiunt: quod a rebus suis auocati nobis vacant: mercedem non meriti, sed occupationis suae, ferunt. Certe quemadmodum iam Romani imperatores legitimum sportularum iudicialium modum definituerunt, quem excedere nefas erat <sup>o)</sup>; ita idem hodie in omnibus fere iudiciis, tam superioribus quam inferioribus, fieri videntur.

### §. V.

#### DIVISIO SALARII.

*Salarium* est vel *publicum*, quod ex fisco seu aentario publico; vel *priuatum*, quod a priuatis ex priuato suo patrimonio soluitur, & interdum, ceu iam monui,

<sup>o)</sup> L. I. §. 10. ff. de extraord. cognit. L. 3. §. 3. L. 5. §. 3. C. de aduoc. diuersor. iudic. t. t. C. de sportulis & sumtib. in iudic. faciend.



monui, in oppositione ad illud *merces* nominatur. Deinde constituitur vel pro singulis aetibus operaे praestitae, quae species *sportularum* nomine venire solet, vel intuitu totius alicuius caussae, vel in singulos annos.

### §. VI.

#### TRANSITVS AD SALARIA ADVOCATORVM.

His praestructis ad salario*a duocatorum* progedior, sub quorum appellatione hic etiam *procuratores iudiciales ordinarios* comprehendō. Quamuis enim alias inter *aduocatum & procuratorem* insignis intercedat differentia, cum ille nudis precibus, hic mandato constituatur; ille clientem, hic dominum habeat; ille ius suggestat & caussam legibus instruat, hic externum processus ordinem curet p): quoad ius *salarii* tamen vtriusque par est conditio.

### B 3

### §. VII.

p) Pluribus hanc differentiam exponit W. A. LAVTERBACH *colleg. theor. pract. Lib. III. Tit. I. §. I.* Nullibi magis illa obseruatur, quam in supremo Cameræ Imperialis tribunal. Caeve vero, cum STRYKIO *vñ modern. Lib. III. Tit. I. §. XX.* putet, dignius ibi esse officium



## §. VII.

IVS ROMANVM.

Initio quidem nullum pro patrocinio salaryum praestabatur caussarum patronis q), cui rei ansam dedit institutum a ROMVLO decantatum illud *ius patronatus*, vi cuius plebeii sibi ex *patribus* patronum deligebant, ea lege, ut hic susceptum in fidem clientem, quounque emergente negotio, gratis tueretur, & in iudicio defenderet; cliens vero vicissim opes suas, si vel necessitas vel paupertas patroni illud exigeret, communicaret, eum-

que officium procuratoris quam aduocati. Etsi enim nemo in numerum procuratorum admittatur, qui non antea aduocatus camerae est receptus; tamen aduocatus, si ei munus procuratoris conseritur, reliquos aduocatos extra audiencem non antecedit, sed inter illos pristinum suum locum retinet. Vid. FRID. GVL.  
TAFINGERI *institut. iurispr. cameralis*, sect. I. tit. VIII. §. 244.

q) Principio omnia officia reipublicae causa obeunda gratuita fuisse, neque in tutelae susceptione, quae speciatim *gratuita* dicitur in iure, aliquid singulare occurrisse, notat I. H. BOEHMER *de anno deseruito*, cap. I. §. II.

que argento subleuaret. Post eius eos reges obsole-  
uit paullatim antiquum illud ius patronatus, &  
patricii, soli tunc temporis jurisprudentia instructi,  
cooperunt quibuscunque de iure consulentibus  
operam suam praestare, pariter tamen *gratis* prin-  
cipio, ad exemplum veterum patronorum, vnde  
etiam nomen *patronorum* & *clientum* semper mansit.  
Ingentem vero deinde iacturam fecerunt mores isti  
antiqui, patriciis sub obtentu patrocinii plebeios  
sibi fere vestigales reddentibus, &, quae hi antea  
sponte sua, maxime diebus festis natalium, calen-  
darum Ianuarii & Saturnaliorum, in grati animi te-  
stimonia obtulerant munera, nunc quasi debiti iure,  
in grandiore summa, exigentibus. Tametsi vero  
M. CINCIVS ALIMENTVS, *Tribunus plebis*, anno  
V. C. DXLIX. celeberrimo plebiscito, quod ab  
auctore suo *lex Cincia r)* adpellatur, fanciret: ne  
quis ob caussam orandam donum munus.

ue

r) FRIDERICVM BRUMMERVM ad *Legem Cinciam* erudi-  
tissimum commentarium conscriptissimum est.



ue capiat s), & sic omnem lucri & quaestus spem ex patrociniis oratoribus caussarum penitus adimeret; AVGVSTVS quoque legem hanc, contemptu & obliuione abolitam, facto SCto referret; eique poenam, vt oratores pecuniam, pro caassis orandis acceptam, quadruplo redderent, adiiceret t): euentus tamen non respondebat, successoribus AVGVSTI pusillam huius rei curam gerentibus. Sub CLAVDIO quidem Senatus vehementer de renouanda lege Cincia laborabat, sed nihil efficiebat, nisi

vt

s) *Donum alias a munere*, vt id, quod sine caussa datur, L. 28. ff. de donat. L. 82. ff. de reg. iuris, ab eo, quod cum caussa praestari solet, cuiusmodi est natalitium, nuptialitium, sponsalitium, donum clientelare cert. discernitur. L. 194. ff. de verbis. signif. Cum vero semper caussa praetiti patrocinii illis, quae clientes oratoribus dabant, subesser, adeoque hoc sensu *donum* & *munus* in lege Cincia nihil differant: BRVM-MERVS loc. cit. cap. II. num. 17. hic *donum* de rebus maioris pretii, *munus* vero de minoris, siue in pecunia, siue in alia materia pecuniae vice fungente, consistat, intelligit, arg. L. 31. §. 8. ff. de donat. inter virum & vxorem.

t) Antea enim lex Cincia sanctione poenali destituebatur, vnde VLPIANVS eam imperfectam vocat Tit. I. §. I.

ut capiendis pro cauſſa oranda pecuniis modis po-  
neretur ad dena ſeſteria h. e. centum aureos Romanos,  
vel, noſtræ monetae, ducentos quinquaginta au-  
reos Rhenanos, ampliſſimum ſane patrocinii honora-  
rium v). Reſtituit legem Cinciam NERO, ſed in-  
felici ſuccesſu. Quamobrem TRAIANVS SCtum  
Claudianum reuocauit, cum hac tamen limitatione,  
ut non niſi post litis finem & cauſſas peractas pe-  
cuniā aduocatis dare liceret, & hinc omnes, qui  
quid negotii haberent, iurarent prius, quam age-  
rent, nihil ſe ob aduocationem dediſſe, promiſſe,  
cauifſe. Quo ipſo anſa praefciudebatuſ cauſſidicis  
pecuniā praecipiendi, vnde ſaepe perfidae nego-  
tiorum fuſceptorum deſertiones, aut ſaltim perfun-  
ctoria illorum administratio ſequebatur. Sub con-  
ſtantino M. aduocati diuidi cooperunt in ſtatu-  
tos, quorum certus erat numerus & certum colle-  
gium in foris praefectorum praetorio, vrbi, & praefi-  
dum rectorumque prouinciae, quiqe aduocationis

C ſuae

v) Vid. BRUMMER loc. cit. cap. IV. num. 7.



suae tempore nunquam foris suis excedeant: & *supernumerarios*, qui extra istum numerum, nulli certo foro addicti, ubique agere poterant. Statuti, praeter sportulas clientum, *publica quoque salario percipiebant*; *supernumerarii vero solis clientum remunerationibus contenti esse debebant* x). Ceterum prohibitio TRAIANI, ne ante litis finem quidquam solueretur, ab vsu recesserat y), adeo ut IVSTINIANVS, honoraria ista, pendente quoque lite, per executionem exigenda esse, statuerit z). Distinctio quoque, quod ad definitam centum aureorum summam attinet, obtinuisse videtur inter clientes *opulentos, mediocres, & pauperes*, quorum primi integrum designationem; secundi pro modulo soluebant:

x) BRVMMER l. c. cap. X. num. 4. fqq.

y) Immo prohibito ista mox post sui constitutionem expirasse videtur, per L. 38. §. 1. ff. locat. & L. vlt. C. de condic. ob caus. dator. ubi quaestio: quatenus pecunia, aduocationis caussa data, repeti queat, si aduocatus fidem non impleuerit? discutitur.

z) L. 13. §. 9. C. de iudiciis.



bant: *tertii* autem gratis erant defendendi *a*). Illud quoque non praetereundum, arbitrium iudicis nunquam exclusum fuisse, sed hunc pro modo litis, aduocati facundia, & fori consuetudine, aestimationem adhibere debuisse; ita tamen, ne in vnaquaque liti, honorarium atque palmarium simul iunctum au-reorum centum excederet quantitatem *b*).

### §. VIII.

#### IUS GERMANICVM.

In antiquis Germaniae legibus de salariis vel honorariis aduocatorum nihil occurrit. Ex medio, vt aiunt, aevo superest constitutio FRIDERICI II. *Imperatoris c*), vi cuius sexagesimam partem aestimationis rei, quae petitur, loco honorarii aduocatis exigere permittitur: si vero haec aestimationem non recipiat, illius determinatio iudicis arbitrio relinqu-

C 2

tur.

*a) arg. d. L. 13. §. 9. C. de iudiciis & L. 6. §. 3. C. de postuland. add. BRUMMER. l. c. cap. X. num. 9.*

*b) L. 1. §. 10. & 12. ff. de extraord. cognit.*

*c) Exstat haec constitutio Lib. I. constitut. Sicular. tit. 83, apud LINDEBROGIVM cod. LL. antiquar.*



tur. Hodie in omnibus fere iudiciis certum premium definitum est, quo labores aduocatorum aestimandi sunt, vbi vero non ad valorem rei in iudicium deductae, sed ad ratam operae impensae, saluo semper iudicis arbitrio, si desideretur, respici solet. Summam tamen centum aureorum in caussis arduis augeri posse, peruulgatus, maxime in summis imperii tribunalibus, mos satis superque docet. In concept. ordinat. cameral. Tit. LX. princ. statuitur: Dafß hinfüro die Advocaten in allen und jeden Sachen, was ihnen durch den Cammerrichter und die Beyitzer taxiret wird, zu Belohnung sich begnügen lassen, und die Partheyen darüber nicht weiter beschweren, noch einig besonders Geding mit ihnen deshalb macken sollen, in keine Weise. Porro §. II. Und soll berührte Taxe durch den Cammerrichter und die Beyitzer der Gebühr nach und also beschekten, daß man sich deren billig nicht zu beschweren; und damit in derselben nicht allein die Große der Produchten, sondern auch vielmehr des Fleißes und der Geschicklichkeit eines jeden Advocaten, angesehen und der Billigkeit nach die Taxe geschehen moege, wollen



wollen wir, daß fürobin durch die Referenten, als welche die angewendete Mühe und Arbeit am besten zu erkennen, in einer jeden Sache die Schrifften und Producta alshald inter referendum, und in Beyseyn der andern Beysitzer, so dieselbe angehoeret, aestimiret, und die Taxa auf ein jedes Produkt durch sie gezeichnet und geschrieben werde. Quin memoriali visitationis de anno  
C I C I C C X I I I . ad aduocatos & procuratores, quod recessui tunc temporis consepto sub num. IV. adie-  
tum est, peculiaris designatio sive taxa laborum  
§. XVII. est inserta, simulque ibidem num. 19. quia  
scriptorum, in quibus argumenta caussae data ope-  
ra explicantur, communis aestimatio commode fieri  
nequit, id, quod eam in rem ex concept O. C.  
modo attuli, vberius explicatum, & constitutum: Wei-  
len die Verfassung der Schrifften in die Deseruita derer  
Advocaten einschlaeget, und diese ihrer Eigenschaft nach  
nicht anhero gehoeren, so wird derselben Taxirung dem  
Richterlichen Auspruch anheim gestellet: denen Procu-  
ratoren aber aufgetragen, daß sie bey Uebergabe- oder  
Producirung sothaner Schrifften die Taxam darunter



setzen, um dieselbe sogleich bey abstattender Relation taxiren zu koennen. Similia habentur in *Reformatione Francofurtensi*, P. I. Tit. V. §. XXIII. & Tit. XL. §. XIII. vbi omnino conferendus est *Illustris commentator in denen Anmerckungen über die Reformation der Stadt Franckfurt*, tum locis citatis, tum ad P. II. Tit. I. §. XIII. lit. c.

### §. IX.

#### QVAESTIO PRINCIPALIS.

Varia possem addere non minus de paetis, quae inter aduocatum & clientem intuitu salarii valide in-euntur d), quam de priuilegiis e), quibus hoc salarium exornatum est: sed propero ad quaestionem dissertationis meae principalem: *quodnam huius salarii ius sit in concursu creditorum?* excussurus.

### §. X.

d) Vid. WOLFG. ADAM LAVTERBACH *de palmario aduocatorum*.

e) SAM. STRYK *de priuilegiis aduocator. cap. III. num. 2.*  
sqq. IO. GEORG. BOERNER *de salario aduocatorum.*  
IO. GODOFR. KRAVSIVS *de eo, quod iustum est circa*  
*salaria & honoraria aduocatorum.*



## §. X.

DE SALARIO CVRATORIS AD LITEM SEV  
CONTRADICTORIS.

Ante omnia autem, ut disputatio rite procedat, separandum est salarium, quod debetur aduocato, qui exorto concursu *curator litis* seu *contradictor* est constitutus. Huic enim cum procuratio omnium actionum, quae & concursui & in concurrsum competunt, incumbat, salarium ipsius non potest non *sumtibus concursus* accenserri, qui citra omnem dubitationem *primo loco* ante omnes creditores sunt exsoluendi. Monet quidem V. C. DANIEL NETTELBLADT f) nullam eam in rem adesse legem expressam, & argumenti, quod ex L. 8. ff. deposit g):

&amp;

f) *De sumtibus concursus*, §. XX.

g) Verba ita habent: *Quod priuilegium exercetur non in ea tantum quantitate, quae in bonis argentarii & pecunia deposita reperta est, sed in omnibus fraudatoris facultatibus: id quod propter necessarium usum argentiorum ex necessitate publica receptum est.* Plane sumtus caussa, qui necessario factus est, semper praecedit: nam deducto eo bonorum calculus subduci solet.



& L. vlt. §. 9. ff. de iure deliberandi b) deduci solet, non pronam esse consequentiam. Sed quomodo id se habet, ipsa rei natura docet, ab omnibus compensandum esse, quod in omnium utilitatem impensum est. Id quod etiam nominatim in *Reformat. Francofurtensi* P. VII. Tit. X. §. IV. his verbis statuitur: *Dagegen soll ihm (curatori) alsdann durch das Gericht, für seine gehabte Mühe und Arbeit, nach Gelegenheit derselben, aus dem hinterlegten Geld, so dasselbige unter die Creditores ausgetheilet wird, zuvorderst gebührliche Belohnung erkennit werden.* Licet autem hic titulus *de curatore bonorum* sit inscriptus; tamen curam bonorum simul quoque curam litis continere, ex §. II. abunde patet, ubi officium ita describitur: *Sein Amt und Befehl aber ist, daß er die Güther, so ihm also untergeben und anbefohlen werden, anfaenglich gebührender Weis inuentiren las*

*Auch*

b) Verba haec sunt: *in computatione autem patrimonii damus licentiam excipere & retinere quicquid in funis expendit, vel in testamenti insinuationem, vel in inventarii confectionem, vel in alias necessarias caussas hereditatis adprobauerit se soluisse.*

Auch einem jeden Creditor, so seiner Schulden halben dazu klagt, in Recht gebührliche Red und Antwort gebe: keiner Schulden anderſt, dann ſofern ſie gnugſam liquidirt, und bewiesen werde, geſtehe ſc. Eadem prorūſus ratione, qua etiam in legibus Romanis cura bonorum curam litis complecti ſolet i), licet vſu fori vtraque cura ſaepius ſeparetur, vbi tamen curatori litis separatim conſtituto, intuitu ſalarii ſui, eadem iura competere, quae habet, ſi cura bonorum coniuncta eſt, res ipſa loquitur.

### §. XI.

DE ADVOCATO, QVEM DEBITOR COMMVNIS IPSE,  
VT CREDITORIBVS RESPONDEAT, CONSTITVIT.

Etsi vero *contradictor* vt plurimum, praefertim ſi illi ſimul cura bonorum concreditur, a iudice & creditoribus conſtitui ſoleat k); fit tamen interdum, vt ipſe debitor communis negotium poſtulationes creditorum excipiendi, iisque respondendi, aduo-

cato

i) L. 2. §. 1. L. 3. ff. de curatore bonis dando. conf. AVG-

STINI LEYSERI Spec. ad ff. CCCCXCI. medit. IV.

k) LAVTERBACH C. T. P. lib. XLII. tit. VII. §. III.

D



cato cuidam deferat, vbi quaestio, vtrum huius salariū aequē sumtibus concursus, primo loco soluendis, sit adnumerandum? oritur; quae omnino est adfirmando. Eadem enim ratio, quae contradictori a iudice constituto praecipuas partes vindicat, quod nimirum labor eius in utilitatem omnium creditorum, & felicem concursus exitum tendat, in hoc debitoris mandatario pariter obtinet, vnde quoque idem ipsius ius merito statuitur<sup>1)</sup>). Sancit etiam hoc expresse ordinatio processus Saxon. recogn. tit. XLI. §. IV. verbis: *Wie hiernächst dem Debitori, wenn er anwesend, zwar erlaubet, auf derer Creditorum Vorbringen selbst oder durch einen Gevollmaechtigten, welchem solchenfalls aus dem Concurs die verdienten Gebuihren gereichert vverden, zu antworten &c.* Plane si contradicitor publica auctoritate constitutus iam adest, & debitor nihilominus peculiarem sibi aduocatum, qui sui cu-

0000

<sup>ram</sup>  
1) QVINT. SEPTIM. FLORENT. RIVINI enunciat. iuris, tit. XLII. §. VI. DANIEL NETTELBALDT de sumtibus concursus, §. IX. GOTHOFR. BARTH. Hodeget. forens. cap. III. §. XXIII.



ram habeat, eligit, res aliter comparata. Quorsum pertinet conclusum iudicij imperialis aulici in caussa creditorum Nassouio - Dillenburgensem de XXI. Mart. CIOCC XXXI. Daß ein General-Contradictor zu bestellen auf Kosten der Schulden-Cassa, welcher zu deren Besten, mithin zum Nutzen aller übrigen Creditoren, gegen einen jeden insbesondere die Nothdurfft zu beobachten haben wird: dahingegen auch des Herrn Fürsten zu Nassau-Dillenburg so wobl, als dero Fürstliche Herrn Agnaten freyer Willkür zu überlassen, wegen derselben hierunter mitversirenden Interesse auf ihre eigene Kosten einen Anwalt zu bestellen, um durch denselben die Nothdurfft bey der Commission besorgen zu lassen m).

### §. XII.

#### DE ACTORE COMMUNI.

Quae haetenus de contradicatore dixi, ea multo magis de actore communi, quem creditores nonnumquam, vt vnis pro omnibus nominum ex-

D 2

aetio-

m) vid. IO. IAC. MOSERI Teutsches Staatsrecht, P. XXIIII,  
pag. 13.



actionem peragat, constituunt, valere, sua sponte patet n).

### §. XIII.

#### DIVERSAE DOCTORVM SENTENTIAE DE IURE SALARII ADVOCATORVM IN CONCURSV CREDITORVM.

Supereft igitur, vt de iure salarii aduocatorum in creditorum concursu *generatim* dicam, atque an aliqua eius sit praerogativa? & quaenam? excutiam. Vbi tot fere deprehenduntur diuersae iurisprudentum sententiae, quot vulgo numerari solent creditorum classes. Alii enim huic salario I) insigne praelationis priuilegium, quo nostris moribus merces familitii domestici gaudere solet, vindicant o). Alii II) iura dotis & fisci adcommodant p). Alii III) saltem in re, quam aduocatus patrocinio suo conseruauit vel recuperauit, tacitam hypothecam cum iure

v) ERN. IO. FRID. MANZEL *de officio actoris communis in concursu creditorum.*

o) IO. MICH. BEVTHER *de iure praelationis inter concurrentes creditores, lib. I. cap. XXVIII.*

p) STEPHAN. GRATIANVS *diseptat. forens. cap. CCLVII. num. 17. sqq.*



iure praelationis adscribunt q). Plerique IV) priuilegium *personale simplex* defendunt r). Alii denique V) omnem praelationem abiudicant, illud in vltimam *chirographariorum simplicium* classem reiicienes s).

#### §. XIV.

ARGVMENTA, QVIBVS CARPZOVIUS AD CONFVTANDAM SENTENTIAM PRIMO LOCO ALLATAM  
VTITVR, RECENSENTVR.

Sententia primo loco allata est oppido falsissima. Data opera eam, post HARTMANNVM PI-

D 3 STORIS,

q) GRATIANVS *l. c. num. 26. sq. BEVTHER loc. cit. cap. XXIX. GEORG. BEYER posit. ad ff. tit. de postulando, §. XLVII. SALGADO de SOMOZA Labyrinth. credit. P. III. c. IX. n. 18.*

r) CHRISTOPH. PHILIP. RICHTER *de iure & priuileg. creditor. cap. V. num. 36. DAVID MEVIVS ad ius Lubec. P. III. Tit. I. art. XI. num. 69. GEORG. BEYER loc. cit. IAC. FRID. LVDOVICI process. concurs. creditor. cap. X. §. LXI. Illustris 10. GEORG. ESTOR Teutsche Recbis-gelehrsamkeit, Tom. II. pag. 810.*

s) FERDINAND. CHRISTOPH. HARPPRECHT *in trutina viginti pignor. tacitor. §. V. LAVTERE. de salariis, §. XL. SAM. STRYK de priuileg. aduocator. cap. III. §. VI. in fine. BENEDICT. CARPZOV. P. I. Conf. XXVIII. def. XXX. & Lib. IV. Resp. XI.*



STORIS, qui tamen obiter saltim *P. I. quæst. VIII.*  
*exeunte aduocatorum mentionem iniicit, confutare*  
*nusus est BENEDICTVS CARPZOVIVS* <sup>t)</sup>, argu-  
*mentis tamen, quae, si quoad Saxoniam ab ordina-*  
*tione processus iudicarii Saxonici tit. XLII. §. V.* di-  
*scedas, vbi aperte, salaryum aduocatorum ad mer-  
i-  
*cadem famulorum domesticorum referendum non  
esse, statuitur, rem minus confiscere videntur. Di-*  
*cit enim CARPZOVIVS I) de nobili aduocatorum  
officio tam leuiter sentiendum non esse, ut ipsos fa-*  
*mulis siue ministris, eorumque salaryum mercedi*  
*famulorum (*dem Liedlohn*) aequiparari existimemus:*  
*patrocinium namque praestare aduocatos, non ser-*  
*uitia; non dominos agnoscere, sed clientes tueri.*  
*Nec II) omnibus indifferenter ministris ac famulis*  
*praelationis priuilegium esse concessum, sed dun-*  
*taxat iis, qui tempore mortis debitoris, vel quando*  
*creditores de prioritate coeperint tractare, in aedi-*  
*bus, conuietu & seruitio domini reperiantur, adeo-**

que

<sup>t)</sup> dict. *Lib. IV. Rep. XI.*



que tantummodo qui sint domestici, *Brotlinge oder Brotgesinde*, qui pane & aqua domini fruantur per ordinat. processus Saxon. loc. cit. Es wird aber Liedlohn allein dies genannt, was man denen Personen, welche Domestici, und wesentlich bey einem in seiner Behausung an seinem Brote, oder an statt dessen in einem gewissen Kostgelde, zu seyn pflegen, schuldig. Quin III) aduocatos super salario sibi promisso plerumque instrumenta confici curare, eoque casu priuilegium mercedis familitiae secundum HARTMANNVM PISTORIS loc. cit. cessare.

### §. XV.

#### ARGUMENTA CARPZOVII REFELLVNTVR.

Sed regeritur ad I) vix fando auditum esse, priuilegium aliquod ideo personis in dignitate constitutis abiudicari, quod illud hominibus etiam infimae fortis competat. Potius inuertendum esse argumentum, & dicendum: indignum videri, aduocatos deterioris conditionis esse debere, quam sordidi sunt mercenarii. Ipse praeterea CARPZOVIVS ali bi



bi v) in alia omnia iuit, atque salariis *administratorum ciuitatis & senatorum* priuilegium, mercedi famulorum indultum, adseruit. Neque adeo abiectione significationis est vox *Liedlohn*, vti nonnulli sibi persuadent. Non enim cum WACHTERO, FRIESCHIO, HALTAVSIO, deducenda a voce *lid* seu *glid*, membrum corporis, quasi sit pretium manuarium, proprie *merces artuum*. Sed potius deriuatio fieri debet a voce *litus* f. *litus x)*, quae veteribus *seruum*, eumque pinguioris prae aliis conditio-  
nis y), significauit. Accedit vox *Gefinde*, quae in  
iure provinciali *Saxon.* lib. I. art. XXII. praecipuo in  
hac quaestione loco, usurpatatur: *Von dem Erbe soll  
man allererst dem Gefinde geben ibren Lohn, als ih-*

*v) Decis. CCLXXVIII. num. 8.*

x) HENRIC. SPELMANN. *glossar. archaologic.* voce: *litus.*  
IOACH. POTGIESER *de statu seruorum,* lib. I. cap IV.  
§. LXVIII pag. 255. IO. GOTTLIEB. HEINECC. elem.  
*turis Germ.* lib. I. §. XXXVIII. in not. *Illustris GE-*  
*ORG. LUDOV. BOEHMER de iure mercedis opificum in*  
*concurso creditor.* §. XV.

y) Conf. POTGIESER loc. cit. §. LXV. sqq. vbi plenissima de *litis* *dissertatio.*

nen gebühret. Dictos autem ita antiquitus fuisse prae-  
cipue ministros honoratores, qui principi seruie-  
bant *z*), & proinde verba: *gasindus*, *fidelis*, *amicus*,  
promiscue adhibita esse, demonstrant HENRIC.  
SPELMANNVS & CAROLVS DU FRESNE VOCE:  
*Gasindus*. Quamvis vero posteris temporibus eui-  
luerit vocis significatus, ut hodie fere tantum famu-  
litio abiectionis conditionis tribuatur; mansit tamen  
etiam recentiore aevo denominatio *des Hofgesindes*,  
quorum pertinent *aulici*, *curiales*, *palatini*, & *des*  
*Hausgesindes*, siue famulitii priuatorum domestici *a*).

Ad

- z*) Pertinet huc in primis lex *Langobard.* lib. II. tit. XIV.  
§. XVII. vbi verba ita habent: *si aliquid in gasindio*  
*ducis*, *aut priuatorum hominum obsequio donum vel*  
*munus conquiserit*: vnde colligitur, *gasindium* fuisse  
proprium magnatum & principum, ut obsequium cae-  
terorum. vid. DU FRESNE VOCE: *gasindium*. add. POTT-  
GIESSEN loc. cit. §. XLIII.
- a*) MARQVARD. FREHER. ad constitut. ADOLPHI Imper-  
atoris de insulis Rheni, voce: *familia domini*, in reprae-  
sentatione reipublicae Germanicae, quae Norimbergae  
CIO IOCLVII. prodiit, pag. 627.

E



Ad II) minime negandum est, vocabulum: *Gefinde*, proprio ad famulos *domesticos* pertinere. Illud autem non ad habitationem & coniuctum, sed potissimum ad ministeria domi praestanda pertinet b). Quemadmodum etiam iure Romano *domestici* dicuntur, qui familiarius iuxta principem militant, eiusque mandato praesto sunt c). Sic *Gesindus Teudebertus*, cuius fit mentio in *Pippini Regis* praecepto de anno 10 CC LIV. d) per beneficium dicitur possidere villam *Taberniacum cum aedificiis, mancipiis, colonis, libertis, seruis tam ibidem oriundis, quam & aliena translati*. Proprios igitur lares non potuit non habuisse. Idem etiam obseruatur in ciue *Francofurtensi*, quem

b) SPELMANNVS vocem: *Gefinde* a Francorum vocabulo: *casē* i. e. domus, & Saxonico *hynde* famulus, deriuat. Simplicior tamen est, & magis placet deriuatio WACHTERI, qui vocem *Gesind* antiquitus *comitatum* significasse docet, vnde factum sit, vt ea etiam ad famulitium traheretur, quod serui & ancillae essent familiarum comites, & dominos suos vbiique comitarentur.

c) t. r. C. de *domesticis & protectorib.*

d) apud MABILLONIVM de *re diplomatica*, lib. VI. num. 43.

quem Carolus IV. Imperator seruitio suo aulico ad-  
scripsit in diplomate anni CIO CCC LX. *Syfrid ge-  
nand zu dem Paradyse, Burger zu Franckfurt, unser  
lieber Hofgesind und Getreuer e).* Certe a fa-  
miliae nomine excludi non possunt, qui alicui *omnes  
suas operas in vniuersum addixerunt*, & ratio priu-  
legii non in habitatione & conuictu, pro quo etiam  
salarium datur, sed in fauore mercedis *illi debitae*,  
qui semper ad seruendum paratus esse debet *f)*, &  
per cuius igitur curam tota bonorum substantia con-  
seruatur *g)*, consistit. Ex quibus simul patet, quae  
*CARPZOVIUS* de tempore moti concursus vel mor-  
tis debitoris, vt scil. illo famulus hoc priuilegio  
vñerus in seruitio adhuc existat, nullius esse mo-  
menti. Nihil etiam de hac limitatione vel in *iure  
prouinciali Saxonico*, vel in allegata *ordinat. processus  
judicarii Saxonici* legitur. Et si forte in quibusdam

E 2

locis

e) apud ADAM. FRID. GLAFETY *anecdotor.* pag. 439.

f) FRID. ESAIAS PVFENDORFIUS *T. I. obs. CCV.  
f. II.*

g) CARPZOVIUS *decif. CCLXXVIII. num. 9. sq.*



locis per leges recentiores aliud obtinet, id ius *generale* efficere nequit b).

Quod ad III) CARPZOVII argumentum attinet, quemadmodum omni iuris analogiae aduersatur, priuilegium praelationis suspendere velle ab eo, utrum super negotio instrumentum confectum sit, nec ne? cum instrumenta ad *probationem* tantum pertineant, in negotiis ipsis autem nihil mutent: ita illud etiam HARTMANNO PISTORIS, ad quem CARPZOVIVS prouocat, quemque plerique omnes perperam ceperunt, nunquam in mentem venit. Ille enim lib. I. quaest. VIII. docens, *ministros ratione salarii pro seruitiis debiti dupliciter esse priuilegiatos, primo, ut eorum mercedes ante omnes alios creditores personae debeat; deinde ut, si non confet, quantum ipsis merce-*

b) Origo erroris est ex *glossa iuris Saxonici*, quam vero recentiores doctores Saxonici ipsi deserunt. vid. 10. HENR. DE BERGER elect. disceptat. forensium, tit. XLII. obs. V. not. 1. add. PVFENDORF. loc. cit. §. 1. MEYIVS ad ius Lubec. P. III. tit. I. art. XI. num. 62.

*mercedis nomine debeat, stetur proprio ipsorum iuramento; manifeste de posteriore hoc priuilegio loquitur, quando num. 10. scribit: priuilegio aliter locum non esse, quam in iis ministris, qui verbotenus saltēm conduci, & cum quibus instrumenta defuper confici non soleant; in iis vero, qui ita conducuntur, ut certa instrumenta conuentionis inter ipsos initae confici soleant, aliter rem se habere, neque tum standum esse iuramento illorum; ex inde ministro mercatoris, cuius opera dominus pro institore usus fuisset, pertenti salario, aliam probationem iniunctam esse.*

Quod deinde exemplo libri rationum vterius illustrat, qui licet certis casibus iuramento confirmatus pro scribente probet, id tamen in illis tantum summis admittendum esse, de quibus plerumque instrumentum fieri non soleat; secus vero esse, si instrumenta defuper confici soleant, nam tum iuramento scribentis non stari. Quae cum ita sint, mirum omnino videtur, ex hoc HARTMANNI PISTORIS loco ortam esse longam disputationem: vtrum ad

E 3 prae-



praelationem mercedis familitia interfit, viua voce, an scripto, eius promissio facta sit i)?

### §. XVI.

VERA RATIO, CVR ADVOCATIS PRIVILEGIVM MER-  
CEDIS FAMVLITIAE TRIBVI NEQVEAT?

Ex dictis igitur patet, nihil obstante, quo minus praerogatiuam, quae vulgo mercedi familitia adscribitur, etiam salariis officialium honoratorum, consiliariorum scil. principis, aliorumque ciuitatis ministrorum, adseramus, quippe qui non aliter reipublicae inseruiunt, quam famuli domino, &, in publica quasi familia degentes, ad utilitatem eius quauis occasione promouendam obstricti sunt. Id quod etiam, praeter ipsum CARPOVIVM, quemadmodum iam dixi, defendit MEVIVS k), & no-

uissime

i) vid. BERLICH. P. I. conclus. LXIV. num. 76. RICHTER de priuileg. creditor. cap. II. membr. III. num. 4. MEVIVS ad ius Lubec. P. III. tit. I. artic. XI. num. 61. BERGER loc. cit.

k) Ad ius Lubec. P. III. tit. I. art. XI. num. 73. item in Decisionibus P. II. dec. 258. num. 2. & P. VIII. dec. 163. num. 2. sq.

uissime IO. FRID. WILHELM DE NEVMANN *in*  
*WOLFSFELD l).* Facili vero negotio simul etiam  
intelligitur, rationem priuilegii illius in salario, quae  
aduocati a clientibus suis percipiunt, nullatenus con-  
uenire. Neque enim ad horum familiam vlo mo-  
do referri possunt, neque iis se totos mancipant,  
sed in caussis singularibus tantum, quando opera  
iporum expetitur, officium suum praefstant, immo  
etiam, si ita videtur, denegant. Conuenit *Reforma-*  
*tio Francofurtensis m)*, quae priuilegium praelationis  
tribuit denen̄ gebröten *Ehehalten*, *Gesinde*, und *Tagloeh-*  
*nern*. De voce: *Gesinde* iam dixi. Vox: *Ehehalten*,  
*Sueuis & Franconibus vſitata, fideles*, qui patrifami-  
lias obsequia praefstant, significat n). *Operarii f.*  
*Tagloehner* in singulos dies prorsus se operarum con-  
ductori dicant. Nihil igitur hic statuitur, quod ad-  
uocatis accommodari possit.

### §. XVII.

l) In *iure principum priuato* Tom. I. lib. III. tit. XVIII.  
ſ. CCCCLIII.

m) P. I. Tit. XLIX. ſ. III.

n) WACHTER voce: *Ebalten*.



## §. XVII.

## EXAMEN SENTENTIAE SECUNDО LOCO ADLATAE.

Sententia secundo loco (§. XIII.) adlata, per quam iura *dotis* & *fisci* salario aduocatorum tribuuntur, confutatione vix indiget. Ipsi enim, qui illam defendunt, eam non in legibus, sed solo studiorum fauore, fundataim, & a doctoribus in proprium ipsorum commodum excogitataam & effectam esse, consentur o).

## XVIII.

## EXAMEN SENTENTIAE TERTIO LOCO ALLATAE.

Circa quaestionem: utrum aduocatus in re, quam patrocinio suo seruauit vel recuperauit, *hypothecam tacitam cum praelatione* habeat? cauissae *feudales a civilibus*, quia in utrisque non iisdem argumentis disputari solet, separandae videntur. Salarium aduocati, qui cauissae *feudales* utiliter peregit, ad *onera feudi* referendum esse, idque proinde a quolibet

o) STEPHAN. GRATIAN. *disceptat. forens. loc. cit. RVT. GER. RVLAND. de commissar. P. I. lib. VII. cap. VII. in fine.*

bet feudi possessore peti posse, inter iurisprudentes  
fere conuenit p). An vero propterea illi tacita in feu-  
do hypotheca tribui possit? dependet a decisione qua-  
estionis praiejudicialis: an onera feudi tacitam hypothecam  
adiunctam habeant, nec ne? quam ZIEGLERVS q)  
& STRYKIVS r) adfirmant; negant vero CARPZO-  
VIVS s), STRVVIVS t), HORNIUS v), & praeci-  
pue IO. GOTTLIEB SIEGELIVS x), qui simul,  
neutquam logomachiam, licet ab utraque parte,  
& onus feudo inhaerens, & actio contra tertium  
possessorem, agnoscat, hic intercedere, probare  
allaborat y). Sed mihi iam non vacat, plenam hu-  
ius controversiae discussionem suscipere. Circa cau-  
fas ciuiles, doctores, qui aduocato in re, quam pa-  
troci-

p) CARZOVIVS P. II. const. XLVI. def. XXX. GEORG.  
ADAM. STRVVIVS Syntagn. iuris feudal. cap. XIV. §.  
VII. num. 2. CASP. HENR. HORN iurisprud. feudal. cap.  
XXI. §. V.

q) de debitis ex feudo soluendis cap. III. §. 18.

r) de hypotheca feudali tacita, §. XXVI.

s) de onerib. vasalli feudal. decad. I. posit. VIII. num. 6.

t) loc. cit. cap. XIV. §. V. in not.

v) loc. cit. cap. XXI. §. III.

x) Dissert. an hypotheca tacita in feudo debito feudali con-  
trabatur?

y) loc. cit. §. XIX. sqq. vbi sex huius quaestionis effectus  
forenses adferuntur. add. I. H. BOEHMER de hypotheca  
feudali expressa, cap. II. §. XIV.

F



trocinio suo in bonis debitoris seruauit, *hypothecam tacitam* adsignant, prouocare solent ad id, quod potiores sint partes non tantum eius, *cuius pecunia saluam* fecit totius pignoris *causam* z), sed etiam illius, qui ob *restitutionem aedificiorum* a), aut *in nauem exstruendam vel emendam* b) pecuniam creditit. Perinde enim esse, siue pecunia numerata interueniat, siue laboribus & studiis res perficiatur c). Cui opinioni omnino fauet sententia illorum, qui in hoc argumento *pecuniam* latiori sensu positam existimant, vt scilicet non tantum nummos, sed omnem necessariam materiam ad *restitutionem* & *conseruationem* significet, adeo ut ne quidem *mercedes operarum* hoc priuilegio excludendae sint d). Verum quemadmodum probari nequit, legibus Romanis ei, qui in *acquisitionem* vel *conseruationem* nauis alteriusue rei, sola *aedificiorum restitutione* excepta, pecuniam creditit, ius *tacitae hypothecae* competere e): ita si vel maxime latio-

z) L. 5. § 6. ff. qui potiores sunt in pignor.

a) L. 1. ff. in quib. caus. pignus vel hypoth. tacite contrab. L. 24. §. 1. ff. de reb. auctor. iudicis possid.

b) L. 26. § 34. ff. de reb. auctor. iudic. possid.

c) SALGADO DE SOMOZA & GRATIANVS loc. cit.

d) IO. ORTWIN. WESTENBERGIUS in Diuo Marco differt. XLI. §. 4. Illustris PUFENDORE. Tom. 2. obs. CLXX.

e) Vberius id deducunt ARNOLD. VINNIUS Quaest. lib. II.



latiorem pecuniae significatum (quem grauissimis argumentis negat *illustris GÉORG. LUDOVICVS BOEHMERVS f*), in legibus laudatis admittere vellem, illud tamen vnice ad *restitutionem aedificiorum* pertinere posset, cui cum salario aduocati nihil communionis est. Neque aliter res se habet de *iure Francfurtenſi g*). Licet enim ius tacitae hypothecae per illud extensum sit ad eos, qui pecuniam in *exstrucționem aedificii aliusue operis in re immobili crediderunt*; nihilominus tamen eadem differentiae ratio eo magis locum suum tuerur, quo minus ius singulare, etiamſi paritas rationis adſit, trahi potest ad consequencias.

### §. XIX.

#### EXAMEN SENTENTIARVM QUARTO ET QVINTO LOCO ALLATARVM.

Deuenio tandem ad examen sententiarum loco *quarto* & *quinto* (§. XIII.) allatarum, quae coniungendae sunt, quia decisio vnius a decisione alterius dependet.

F 2

Est

*II. cap. IV. 10. VOET. commentar. ad ff. tit. in quibus cauſis pignus tacite contrah. §. XXVIII. VLRIC. HVBERVUS praelect. ad ff. tit. eod. §. VIII. W. A. LAVTERBACH de pignore tacito §. XXV. sqq.*

- f) *de iure mercedis opificum in concursu creditor. §. VIII. sqq.*  
g) *Reformat. Francfurt. P. II. Tit. XIX. §. II. Wenn jemand auf ein Haß, Scheuñr, und dergleichen, liegend Guth, daselbige zu erbauen, oder zu beffern, Gelt leyhet, so ist ihm folcb' Guth stillschweigend verpfaendet.*



Est quidem *priuilegium personale simplex* b) eiusdem cum aliis priuilegiis conditionis, ut, qui in eo se fundat, probationem ex iure vel *scripto* vel *non scripto* adferre debeat. Sed, monente AVGVSTINO LEYSERO i) ista regula fere officium suum perdit in hac quaestione. Subobscurae enim sunt pleraequae, ex quibus istius causae priuilegia eliciuntur, leges, & ambiguum saepe, de quo priuilegio illae agant, vtrum de eo, cui ius praelationis pree ipsiis hypothecis competit, an de illo, quod locum post omnes hypothecas, saltem ante chirographarios, dat. Quanta intercedat disputatio, vtrum *priuilegium personale*, quod pecuniae ad emendam nauem creditae competit k), dandum etiam sit illi, quae ad emendam domum est credita, videri potest apud MEVIVM l), LAVTERBACHIVM m), LEYSERVUM n), aliosque. In *Reformatione Franfurtenfi* vnius tantum debiti fit mentio, cui post hypothecarios, ante tamen chirographarios, locus ad signatur, quando scilicet pecunia est credita ad ex-

fru-

- b) LAVTERE. *de priuileg. creditor. personali simplici. tot. LVDOVICI process. concurs. cap. X. §. LXIV.* Celeberr. AVCTOR derer *Anmerckungen über die Franckfurter Reformation P. I. tit. XLIX. pag. 1122.*
- i) Spec. CCCCLXXXVII. medit. I. sqq.
- k) L. 26. & 34. ff. de reb. auctor. iudic. possid.
- l) P. IV Decis. CCCXII.
- m) *de priuilegio creditor. personali*, §. XXIX.
- n) loc. cit. medit. V.

*struktionem, meliorationem, & conseruationem aedium debitoris, aliorumque ipsius bonorum.* Verba P. I. tit. XLIX. §. XIV. ita habent: *Doch, da unter solchen gemeinen Glaubigern einiger were, der kundlich und beweislich sein Geld zu Erbauung und scheinbarlicher Beserung, und Erhaltung des Schuldners Besitzungen, oder anderer Güter, fürgefrecht haette, der soll denen andern gemeinen Creditorn in der Bezahlung auch vorgezogen werden.* Quae constitutio vero iis, quae P. II. tit. XIX. §. II. leguntur, quaeque §. praecedenti lit. g. excerpit, aperte contradicere videntur, cum ibi eiusmodi creditoribus ius hypothecae tacitae adscribatur, vt conciliatio huius antinomiae plurimum negotii faciat interpretibus excellentissimis o). Nulla praeter ea superest dubitatio, reliquas species, quae iure communi, Romano non minus, quam Germanico, locum suum inter chirographarios priuilegiatos tuerunt, neutiquam esse exclusas. Quid igitur in hac legum pugna & obscuritate est faciendum? Amplectenda est procul dubio sententia, quae & aequitate nititur, & in plerisque iudiciis recepta est. Quam ob causam nullus dubito, salarium aduocatorum in quarta classe inter chirographarios priuilegiatos collocare. Militat enim hic indubie, recte docente STRYKIO p),

F 3

favor

o) vid. *Anmerkungen über die Franckfurter Reformation*, ad dict. P. II. Tit. XIX. §. II.

p) Ad BRUNNEMANN. de concursu creditor. cap. V. §. LXV. add. LEYSERVUS loc. cit. medit. VII,



*favor des verdienten Lohns, quo pecunia foeneratitia  
minime gaudet.*

§. XX.

DE RETENTIONE ACTORVM ADVOCATO COMPETENTE.

Retentionem actorum aduocato competere, donec ipsi satisfactum sit, ex L. 25. ff. de procurat. constat inter omnes. Restringunt quidem STEPHANVS RANCHINVS *q*), IO. VOETIVS *r*), aliique, beneficium hoc ad impensas factas, intuitu salarii illud negantes. Sed sine ratione, cum lex non distinguat *s*).

*q) Miscellan. decision. voce: salarium.*

*r) Commentar. ad. tit. ff. de postulando, §. VI.*

*s) BRVNNEM. ad d. L. 25. ff. de procurator. IO. FRID. TROPANNERER de retentione actorum aduocato ob salarium non solutum competente.*

F I N I S.

*Sententia Amplissimi Scabinatus Francofurtensis, qua salario aduocati, quem debitor exorto concursu ipse sibi elegerat, praerogativa prae omnibus creditoribus tribuitur.*

In Cessions-Gesuch Sachen Johann Ludwig Schloßhauers, Implorantens, entgegen die Gebrüder Landoy und übrige in dem [8] Actorum benannte Glaubigere, Imploraten, ist auf erkandte und gerichtlich reproducirte Edictal-Citation, erfolgte Liquidation und Mode-

Moderation derer zum Besten der Debit - Mass aufgezwandten Proces - Kosten hiermit zu Recht erkandt:

Es wird Implorant nummehro zu dem Beneficio Cessionis bonorum gelassen, und zu Abschwörung des gewöhnlichen Eydes Terminus auf den 10ten Februar. nächstfünftig anberaumet: Sodann sind von denen, aus dem verkausten Schlotshauerischen Hauf und Effecten erlösten und auf Löbl. Rechnen deponirten 358. fl. 57. fr. die Proces - Kosten praelative zu bezahlen, als:

- 1) das sub [36] moderirte Advocaten honorarium mit 9. fl.
- 2) des Procuratoris moderirte Rechnung sub [37] mit 7. fl. 30. fr.
- 3) die Gerichtliche Auslagen sub [38] mit 12. fl. 53. fr.
- 4) des Notarii Rechnung sub [39] mit 10. fl. 37. fr.

Was nun nach Abzug dieser Posten von den depo-nirten Geldern annoch übrig verblebet, davon werden nachfolgende Creditores nemlich

A) Die Gebrüdere Lannoy wegen einer Obligation von 500. fl.

B) Johann Heinrich Beyerhöfer wegen eines Rückstanz standes vermög Obligation sub [30] mit 80. fl. befriedigt.

Und wann die nachstehende Creditores ihre durch die Bücher bereits bestärkte Forderungen bey Löbl. ältern Bürgermeisterl. Audienz auf den 15. nächst-fünftigen Monats Februarii beschwören werden, so sind weiters

C) die



- C) die Handelsleute Johann Martin und Benedict Reuß [29] mit 168. fl. 27. fr.  
 D) Anna Catharina Hofmännin [32] mit 45. fl. 9. fr.  
 E) Johann Matthaeus Meyers Wittib [34] mit 32. fl. 52. fr., und zwar weilen keiner von denen Creditoribus ein ius praelacionis vor dem andern hat, alle zugleich und pro rata ihrer Forderungen zu befriedigen: So viel aber  
 a) den Handelsmann Andreas Daniel Ludwig Mettenius betrifft, so hat es bey dessen Erbiethen, daß er dem Debitori seine Forderung mit 11. fl. 30. fr. erlassen wolle, sein Bewenden, wohingegen  
 b) der nicht erschienene Handelsmann Brönnner mit 4. fl. 30. fr., und die gleichfalls nicht erschienenen  
 c) Maria Margaretha mit 28. fl. von denen vorrathigen Geldern abgez und bis der Debitor etwann zu besserem Glück kommt, zur Gedult verwiesen werden. Abnebst haben die Creditores unter sich selbst den Repartition derer Geldern zu machen, und die Lannoysche Gebrüdere wegen ihres zu empfangen habenden Anteils mit Löblichen Schätzungs-Amt Richtigkeit zu treffen.

*Decr. in Sen. Scab. den 28ten Dec. 1763.*

publ. Montag den 30. Jan. 1764.



V  
D  
18

**ULB Halle**  
007 662 947

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
Centimetres  
Inches

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA  
DE

I V R E  
SALARII ADVOCATORVM  
IN CONCVRSV  
CREDITORVM

QVAM

ILLVSTRIS IVRISCONSULTORVM ORDINIS  
IN ALMA LUDOVICIANA

PRAESIDE

D. FRANC. IVSTO KORTHOLTO

ACADEMIAE PROCANCELLARIO  
PRO

GRADV DOCTORIS

RITE ET MORE MAIORVM OBTINENDO  
IN AUDITORIO SOLLEMNI  
PUBLICO PROCEPVM ACADEMIAE EXAMINI  
SUBICIT

JOANNES AVCTOR  
GEORGIVS FESTER

MOENO - FRANCOFVRTENSIS

AD DIEM XXVIII. LVII CICICLXIIII

GISSAE,

APVD IOANNEM IACOBVM BRAVN.

